
118



118



PIERII VALERIANI

IOATHAS ROTATVS.

IO. BAP. ROBOREVS.

AD

STVDIOSOS.

Disce uerecundo studiosa poemate pubes,
(Ne pereat turpi lucida uena luto)
Commemorare pio cælestia numina uersu:
Et feret hinc meritum nox uigilata decus.
Diuini ut sanctis monitis docuere Prophetæ:
Diuino quorum nectare uerba madent.
Hoc fecere probi ueteres: hoc optimus Orpheus,
Ascræusq; senex, Mæonidesq; pater.
Et modo Pierii pietas sincera modesti:
Qui bona sidereæ semina mentis habet.
Hoc facite, o, sancti Vates: sic secula carmen
Vincat, & æternum fama perennis eat.

AD VNICVM ET VERVM CHRISTIANAE REI PV. SVBSIDIVM IVLIVM ·II· PONT· MAX·

I· FRAN· DE RVVERE TAVRINEN. EPIS. AC MOLIS ADRIANI PRAEF. HVMILITER ET· C.

PLurima esse Beatiss. Pater: propter quę omnes non modo tui & præsentes/ uerũ etiã alieni & posteri tibi sint gratulaturi: nemo inficiatur. Tot siquidẽ & tanta sunt ea: quę per te splẽdorẽ/ gloriã/ & imortale nomẽ assecuta sunt. Nam ut amplissimas ædificiorũ/ ac urbiũ instaurationes/ reparationesq; taceã: quibus nõ Roma tantũ sibi reddi/ seq; Romã agnoscere demum uisa est: quin etiã Italię reliquũ antiquã illam operũ magnificentiã sibi restitutã esse plurimũ gloriatur: Vtq; res domi forisq; magnas/ tãta nominis tui claritate gestas/ pro legitimo sacroq; christianę Reipu. statu asserendo/ amplificando/ cõponendoq; sedulo prętermittã: quę singula magnũ sibi uolumen exposcerẽt Illud unũ præcipua sit admiratione dignũ: quod q̃primum Vniuersali abs te indicto Concilio mores hominũ ad rectam uiuendi normam dirigere designasti/ in se se oẽs respicere/ suaq; dicta/ consilia/ factaq; perpẽdere: seq; ad amussim sponte sua explorarĩ ceperũt

253

Sed ut alia dissimulē: Ecce tibi Poeticen/tot annis/
/imo tot ætatibus inuerecundā/impudentem/inhone
stam/in lupanari turpiter prostantē: ad matronalem
uerecundiam/grauitatē/honestatemq; respicere iam
occepisse. Quam in tanta Poetarꝝ excellentium copia:
qui superioribus annis claruere: uix unus/aut alter
de meritoria illa fornice uindicarī/& honestati suę red
dere conati sunt. Ea nunc demū sponte prodit/oī ablu
ta turpitudine/oī posthabita nequitia/omni detersa
obscœnitatis nota. Virgineis castisq; cœtibus īmiscet
Nil nisi sanctū/nisi decorū/nisi honestū ac ingenuū
meditat̄. Idq;/tum aliorꝝ quorundam studio/tū etiā
Pierii/alumni mei/opera fieri ceptum. quem quū ego
ad hęc Martyrū pia gesta describenda propensū ui-
derē: hortari/& urgere nūq̄ destiti: quoad aliqd effe-
cisset. Sumpto is igit̄ initio a patrię urbis suę pro-
tectore/atrocissimū diui Ioathæ martyriū carmine de
cātauit: q; opusculū mihi nuncupatū .S. tuę redonare
uisū est. Vt ex hoc qualicunq; auspicio cętera quoq;
studia/moresq; hominum sub tuo numine in pristi-
nam dignitatē facillime redigi posse/nō sine gaudio
cōiectares: Et poeticen: quam antehac propter nequi
tię petulantiam/ac obscœni sermonis fœditatē/nemo
uir pie/sancteq; institut⁹ aspicere dignabat̄: nūc emē
datiori morꝝ & habituū regula compositam ab oībus
amari debere censeres. Qui diu/feliciterq; Valeas.

EX Arce tua .III. No. Maias. M.D.XII.

AD ·R· IOAN· FRAN. RVVEREVM
TAVRINI PRAESV· ET
MOLIS ADRIANI PRAEFECTVM.
PIERIVS VALERIANVS
BELLVNIEN.

O VIR· QVALE GENVS
Superis demittitur Astris/
Et Probus/ & Sapiens: O ma
gni e semine Læli
PROgenies: O Roborea de
stirpe propago
Viuida/ in immensum firmis radicibus aucta
Quis uatum te digna canat: qui plurima quamuis
Pondera sustineas/ & magna negocia cures:
Seu ditem nostri tutaris Numinis arcem:
Seu populis das iura tuis: Taurinaq; Præsul
Oppida componisq; & honestis moribus ornas
Exemploq; regis mentes uirtutibus aptas/
Mente senex/ annis iuuenis/ uir pectore & ore.
Non tamen interea uatum pia numina Musas:
Non carmen: quo digna geris: Francisce remittis.
Perge itaq; ut tibi mos illas & pendere: ut æquũ ẽ:

Et magni facere/ & semper bene uelle Poetis:
Præsertim qui sacra canunt: qui numen olympi
Agnoscunt/ meritumq; decus cœlestibus augent.
Vidi ego/ & aduerti digna te sæpius ira
Commouisse animum: qui tot præclara uideres
Ingenia/ & studio ditata/ & diuite uena/
Sordibus obuolui fœdis: miranda potentis
Temnere facta dei: & nullum non fornice dignum
Ordiri carmen: sanctum temerare sacellum
Musarum/ immundis pedibus/ uerbisq; profanis.
Proh scelus infandum: quod si cognoscere uellent
Mortales/ habeant doctrinę quicquid/ ab alto
Mentibus infusum/ & summi commercia cœli
Fatidicis dono diuum concessa Poetis:
Non adeo Musæ prurirent turpiter: ipse
Non Helicon phrygię celebraret prisca cateruę
Orgia: consensu uatum quin protinus uno
Omnibus eiectis/ qui templa uerenda profanant/
Sobria in antiquum redeat Cortina nitorem.
Sed mersæ in terras animæ/ rationis egentes/
Immemores quantum cœlo mens debeat/ almam
Lucem aspernantur: tenebras/ noctemq; reposcunt
Obscuram/ & multo nimborum pondere pressam.
Quare ego iamdudũ has curas/ & inutile mollis
Id genus ingenii auersans: quod turpia tentat
Plectra/ Mymaloniosq; imitantia Cymbala ritus:

Vno eodemq; luto quamuis detentus inhæsi:
Ad te suspiciens humanę uirginis/ atq;
Vera dei soboles/ uerus Deus. unica uatum
Spesq; & præsidium/ & decus immortale piorum:
Ignea si cœlo mihi lingua affulserit: œstro
Quæ mentem exagitet sancto/ impellatq; uolentē
Christicolum noua bella ducum memoranda reponā:
Qui stygias uicere acies/ pietatis amictu/
Et fidei clypeo/& diuini cuspide uerbi.
Sit patrię mihi cura prior: quę numina seruent
Bellunum/ & læto locupletent hubere glębæ:
Quęq; piam inspirent mentem/ castoq; pudore
Ingenuos forment animos pietatis amantes.
ERgo Virum in primis ponā: qui sæua rubentis
Prælia tormenti patiens/ discerptus in arcu
Membra rotæ/diris armata uolumina cultris
Pertulit: atq; animi constans uictricia tandem
Signa ferens/ uictor supero consedit Olympo:

255

IOAN. P. VALERIANI BELLVNIEN.

IOATHAS ROTATVS.

.L. PRIMA.

i AM PIA RELLIGIO TO
tum difuſa per orbem
CREVERAT·INQ. DIES
radiis cœleſtibus aucta
HESPERIVM LITTVS:
Littus luſtrabat Eoum.
SED POSTQVAM IMPERIIS
Chriſti religatus in antro
Tartareo meritas immania uincla catenas
Lucifer eſt iuſſus tolerare: ita uinctus ahenis
Terga manuſqꝫ pedeſqꝫ æterna in ſecula nodis
Non tamen impuros animos/ & pectora dira
Sollicitare piger: tantum ſi poſſit honorem
Humani Generis cæcis damnare tenebris.
Hinc furias ſtimulare ſuas/ urgere Tyrannos/
Et regnum præbere/ & opes: blandaqꝫ ſuperbos
Allicere arte animos: interturbare beatam
Mille modis ſobolem: nunc hos/ nunc protinus illos
Excipere/ & puro perſpergere ſanguine terram.
¶ Herculeus ſtygia hinc agitatus Cæſar Erinny

Sæuit: & instanti dirarum concitus œstro
Imperat Ausonia sanctos dicione ministros
Expelli: iurat* deos / & nobile sceptrum:
Quod manibus gestat / diri monumenta Neronis
Id ueluti nunq̄ disundet in aera truncos:
Nec recidiuus erit cortex / foliumue: recisum
Postq̄ monte fuit nemoroso / atq; ære dolatum:
Christicolas ita suppliciis / & funere cunctos
Perdere inhumanis: non cessaturus ab atra
Cede: nisi penitus Christi deleuerit omne
Nomen / & ad fœdi traduxerit orgia ritus.
Vrbs Barcea fuit / multos celebrata per annos:
Quam sibi adoptauit princeps Ptolemeus / ab ipso
Nomine dilectæ imposito testatus amorem.
Hic insignis eques Ioathas: quo iustior uno
Nullus erat / nullusq; modi seruantior æqui /
Diues auis / diues fortuna / & diues amicis
Impatiens errare animos / monumenta docebat
Cultus uera pii / & cœli uenerabile numen /
Erudiens mentes / & amantia pectora ueri
Noticiam / cœlo meritos reddebat honores.
Diditur interea Barcea per oppida murmur /
Cæsaris imperiis / ingenti classe / tremendum
Aduentare uirum: Christi qui extinguere nomen
Iurarit: primasq; ea fata manere Cyrenas /
Pentapolinq; omnem / & terrarum quicquid in orbe est

Tum se se agglomerant iusti per templa, per ædes
Sacra canunt: hilariq; expectant funera mente:
Obfirmantq; animos læti: hortanturq; uicissim
Se se in bella alacres. Iam decertare uideres
(Usq; adeo in pulchro certamine uiuida uirtus)
Qui primus circum incurrat, palmamq; superbus
Occupet, ante alios. Felici sidere natum
Illum omnes celebrant: olim qui plura subibit
Tormenta: exemplum & reliquis insigne daturus
Immanem spernet rabiem, mortisq; timorem.
Tuq; adeo in primis Ioatha, iam numine p
Approperare diem sentis: quam poscere uotis
Assiduis olim assueras. tum lumina, & ambas
Sustollens cum uoce manus, sic sponte precaris.
Christe animi assertor, ueræ uitę arbiter: o si
Si nunc se nobis ille impius offerat horror
Armorum: o si me non exaudita priori
Tempore tormenta inuadant: ut testis amoris
Mortem obeam ueri: pro te non arma, neq; ignem
Aufugiam. da corda pater: da fortia cunctis
Pectora: firma animos, sæua ne in cede labantes
Deficiant. mihi firmus amor: mihi firma uoluntas.
IAMq; latus curuum Drepani prætoria puppis
Legerat: Ogygiamq; noto spirante tenebat.
Huc simul aduectus Dadius, propellere classem
Imperat ad littus: specus inde immane Calypsus

Intrat/ & a septem deposcit fontibus undas:
Fictilibusq3 nouis totidem dispergit in auras/
Suspiciens sub nocte polum: geniosq3 malignos
Aduocat in Christi populum (tam credula rerum
Mens erat indocili) sed enim neq3 noxia septem
Carmina conticuit/ terno repetita recursu.
Irruit huc Hecate: & nimbo cooperta nigranti
Stridet/ aui similis: quę tecti in culmine mētes
Murmure nocturnas horrendo territat. adsum
Perge Dadi/ expulsi Iouis instaurare caducum
Imperium: tibi nusq̄ abero: dum cedibus orbem
Expurges. & digna manent te præmia/ gestis
Rebus in ausonia princeps ditaberis aula.
Augurio lętus Dadius dedit oscula truncis
Arboreis: Cedroq3 & thię/altęq3 cupresso.
Inde iter accelerat. Berenicia dorsa/ Philœnos/
Naufragamq3 cauent Syrtin: leuoq3 per altum
Remige conuertunt proras: Cretamq3 secundis
Flatibus optabant: Gortyniaq3 arua uidebant:
Quum subito arctois Boreas delapsus ab antris
Incubuit uelo impellens aduersa: magister
Nauem inhibet: Cretamq3 fugit: uentosq3 secutus
Sponte/ Paretoniam optatis aquilonibus oram
Appulit: & uelum legit/ portumq3 subiuit.
HEV q̄tas dabit ille neces: quot millia diris
Funeribus mactabit/ inauditisq3 necabit

Tormentis. Exempla manent uos dura piorum
Illustres animi: per tela/ per arma/ per ignes
Sede potituri supera duräte Beati.

.L. SECVNDA.

CCE sub aduentũ Dadii sistrata caterua
Flamen/bacchantũq; chori Saliiq; furẽtes
Ferre sacra/& centũ pperãt mactarẽ iuuẽcos
Lanigeras centum pecudes/ centum ordine capros
Aere nitens Hammon caput intra nubila tollit
Cornibus horrendum: stat terga/humerosq; sonãte
Smyntheus insignis pharetra/ Cyllenius alis:
Iura quibus pelagi/ syrtisq; ignara uetustas
Obtulerat: montesq; deum sacrarat honore.
Pro foribus Sphynges/ crocodilus & aureus urnæ
In medio Caniceps: caudæ qui a cuspide lymphis
Heliadas fusis guttatim dirimat horas.
Sed neque & hortorum fructus/ neq; sordida rerũ
Nomina non suspensa tholo uanissima uotis
Pectora damnabant/ cultu suspecta uerendo.
Pantheus astabat discincta ueste sacerdos/
Purpureo caput atq; humeros uelatus amictu:
Fictilibus salsa e pateris in cornua fruge/
Inq; sacras uitas terno faciebat aceruo:
Terq; Iouem ut cœli dominum/ ter numina Ponti
Tartareiq; lacus regem clamore uocabat:
Sacrificis & thura focis/& uellera frontis

Vinaq; fundebat. genibus pars læta per herbam
Depositis procumbebant/ arasq; tenebant:
Tympana pars uario feriebant stridula cantu.
Excitus hoc Heros strepitu/ & clangore tubar;
Concursuq; hominum: ueritus ne credula uulgi
Simplicitas/ mortisue timor/ uitæq; uoluptas
Deliciosa/ aliquos a uero auerteret: ultro
Pro pecude ut pastor rapta per saxa Leonem
Aspera persequitur/ dulcis uitę immemor/ unam
Ne male perdat ouem/ medias erumpit in aras
Incursantem abigens turbam/ uulgiq; tumultum.
Protinus inclamat sublimis ab aggere. Quę uos
Indociles malesana homines dementia perdit?
Non pudet humanis operari turba profana
Principibus? cur has diuum mortalibus aras
Extruitis? uanosq; deos enormia saxi
Corpora cur miseri colitis? nec noscitis astus
Dirarum/ infernosq; dolos/ ludibria uestra?
Cur idola uirum/ cur ligna carentia sensu
Brutaq; adoratis? cur orgia debita cœlo
Gens ingrata negas: surdisq; altaribus infers?
Quin age nosce Deum tandem: ac æterna uereri
Numina disce. Polos hic/ signa & sidera/ & altum
Aethera/ & aerios tractus formauit in orbem:
Et circumfuso suspendit in æquore terram:
Cuius sæpe tibi uitam/ & cœlestia fando

Facta recensuimus, ueroqꝫ probauimus ore.
Nanqꝫ hominũ mortale genus miseratus, ab alto
Vertice descendit cœli: corpusqꝫ subiuit
Humanum: ut nobis, primi quod culpa parentis
Liquerat, exitium eriperet: miranda professus
Facta, per undisonum uestigia sicca profundum
Fixit: & extinctos uitali reddidit aurę.
Idem nostra salus cruciari corpus acerbis
Vulneribus uoluit, transfigi & pectora ferro:
Mox stygios spoliare lacus, acherontaqꝫ, sancto
Agmine subducto patrum: rediuiuus in auras
Emicuit superas: atqꝫ ardua limina cœli
Inuisit, clarumqꝫ bonis patefecit olympum.
Hunc igitur uenerare deum pulchrumqꝫ bonũqꝫ:
Et ueram cognosce uiam, cognosce precamur:
Et summi quę norma boni te ad sidera ducat.
Ista manu fabricata hominum simulacra per ędes
Disiice. Sic fatus, pedibus prorumpit in aras:
Signaqꝫ arenosi primum concussa Tyranni
Auellit: sternitqꝫ solo: Phœbiqꝫ colossum
Magnum opus (has dederat diuina potentia uires)
Aequat humo: immensum strepuere imania membra
Obstipuere omnes: neqꝫ .n. sine Numine tantum
Esse putant robur. facinus damnare: profanum
Esse uirum, & perimi actutum Lanata iubebat
Turba altum inclamans. lapides ignobile uulgus

Corripit: ast animo manet imperterritus Heros:
Vt rupes medio in pelago: quam plurima ponti
Incursat rabies, fluctus immota furentis
Temnit: & e propria nunq̄ statione mouetur.
Pastophori perstant rabidi: hunc occidite ferro
Ocyus, an diuos sic permittemus inultos?
At contra Ioathas. mentis ludibria uestræ
Eruite, an Christum sic permittemus inultum?
Talibus assultant dictis præcordia motu
Ambiguo. pręclara uiri sapientia tanti
Pondus habet: probitas animo perspecta recursat:
Nec genus obscurum, sed auis memorabile: sanctos
Auscultant monitus bona pars, uerumq; fatentur.

.L. TERTIA

Xtēplo id Dadio defert Cybeleia turba
Littore uix primo primas īgressus arenas
Attigerat, iā ardēs animis iam prima litare
Sacra auidus pelagi, portusq; potentibus aris.
Ergo satellitibus trepidos præcedere fasces
Imperat: & quicunq; Deis libare negarent:
Astrictos ductare, manusq;, pedesq; reuinctos:
Partem in aquas alto e scopulo demittier, arcto
Tergore consutos: quo Gallus, Simia, serpens
Supplicii comites accedant: ducier unco
Partem: ac atractum per arenas findere sulcum:
Verberibusq; alios cedi, dirisq; flagellis:

Exponi & colubris sitientibus / atq; ferarum
Morsibus: includi siculo miserabile Tauro
Funus / humi uiuos condi / puteisq; profundis
Infodi / & aspergi direpta pelle subacto
Ora sale / ac omnes membris uiuentibus artus.
Hipponax / Sabrates / Borion / Tabracasq; facessũt
Iussa citi: sanctosq; uiros / Christoq; renatam
Progeniem aggressi rapiũtq; / trahuntq; / necantq;
Ecce autem Ioathas medium se mittit in agmen /
Vectus equo: phaleras argento / auroq; superbus /
Bacchata insignis clamyde / & spectabilis ostro:
Quos sibi iungebat populorum fretus amore:
Hortatur socios uerbis / animumq; ministrat.
Prætendensq; manu uitę memorabile signum:
Quo passim Aegyptus toraca Serapidis olim
Spreuit / & eiectum templo summouit ab omni:
Ite / ait / intrepidi: cœli quibus orbita summi
Iam iam adaperta patet. sub sidera tollite uultus
Tollite, & insignem læti sperate triumphum
Magnanimi proceres: nam uobis uimq; fauoremq;
Ipse dabit Christus: tali duce / & auspice nobis
Non pœnas / non cõflictus in morte timendum.
Christigenę ex obitu felices nascimur: atq;
Pondere mortali posito: immortalia deinceps
Corpora suscipimus: mentemq; oculosq; tenebris
Expulsis: clara illustramus luce: Dei qua

Spectamus faciem / maiestatemq; perennes.
Ergo agite/&: quo tantus amor uos conuocat: ite/
Ite sacram ad patriam /. atq; alta palatia coeli.
Vos ego iamq; sequar: nam me iam accersit IEsus.
Ille quidem e coelo manifesta luce refulget.
Coelestes en cerno choros applaudere pennis
Puniceis/ rutilas uosq; expectare per auras:
Quos datur esse deos / numerumq; implere deorũ.
His illi arrecti dictis / cruciatibus omnes
Indomitos firmant animos: & corpora nudant
Suppliciis / tenebrasq; uolunt pro luce pacisci.
Editur interea strages immensa piorum:
Marmaridum turbæ uesanis morsibus instant /
Prædæ insultantes: ueluti quum magna luporum
Vis: malesuada fames imis quos expulit antris:
Si numerum inuadant pecudum / pastore quietem
Securam carpente / omnes nullo ordine turbant:
Faucibus hanc / illamue premũt: lacerasq; relinquũt
Atq; hanc / atq; aliam affectant: & dentibus omnes
Eiugulant / abeuntq; feri: quos singulę in armis
Suspensæ comitantur oues: spectacula arenis
Non alia exhibuit Lictorum hæc turba furentum:
Dum feriunt / mactantq; pios: dum uerbere sæui
Insultant: dum alii æs candens / ferrumq; caminis
Expediunt: humerisq; appellunt: dumq; secures
Explicat immanis percussor: & exporrectam

Ceruicem obtruncat: & discerpenda Crocutis
Viscera dispergit / rabidisq; propinat Hyenis.
IAmq; cadaueribus Ptolemeia littora cesis
Squallebant cooperta: tremorq; per oppida passim
Ibat: & omne solum: qua se difundit in æquor
Maior / inaccessisq; uadis / & inhospita Syrtis:
Quaq; solū sterile / & montes Catabathmos opacat:
Quaq; mari similis fluctus consurgit arenæ:
Nec Ioathan quisq̄ attigerat: dum hortator in oīs
Concursus hominum fertur / pugnantia firmans
Agmina pręsidio. neq; .n. petulantia turbæ
Ausa erat Heróis faciem fœdare uerendam:
Tantus in ore decor / tanta est reuerentia formæ:
Quem tamen & fremitu incusant / & uoce lacessunt:
Qualis Idumeum Phœnix quū inuiserit orbem
Intinctis auro & regali murice pennis:
Quem circum uolucres alię Miluusq; / Aquilęq;
Prædę inhiant: tanto sedenim fulgore repulsæ /
Vix oculos audent firmos attollere: palmis
Labentem infausto tantum clangore sequuntur:
Atq; alias populantur aues / & uiscera mandunt.
Verum alii tanta ciues in cede suorum
Consternati: ut iam populorum cuncta cadentum
Impleri nemora / & ualles / & littora ponti
Conspexere: ducem ad Dadium accessere frementes.
Cautus Aristipus primo / diuesq; Caphautus /

Eurypylusq; senex: procerumq; miserrimus ordo:
Quos mala adhuc animi ĩprobitas/ & opinio uulgi
Auersos legi insolitæ/ cæcosq; tenebat.
Qui simul ante truces animos/ uultumq; superbum
Admissi steterunt: Vir facundissimus ora
Soluit Aristippus: quo non uersutior alter
Temporis/ atq; loci captarit commoda Rhetor.
Optima res effecta Dadi: O fortissime Ductor
Maxima gloria parta Deis/ tibi maxima fama.
Per te sacra Deum recalent altaria: per te
Expurgata lues/ diuumq; iniuria nostrum/
Defectorum obitu/ meritaq; in morte cadentum.
Sic pereant/ quicunq; deos/ & iussa retractant
Cæsaris Herculei. sed .n. o mitissime princeps
Iam matres/ miseræq; nurus/ puerîq;/ patresq;
Tantam execrantur cedemq; & atrocia facta.
Ergo suppliciter tristi cum corde precantur:
Hac Romana tenus graue sit scelus ulta potestas.
Quod si omnem erroris studeas extinguere causã
Vir tibi adest: quo non lybicis nunc maior in oris
Pentapoliq; uiget: cuius ferme omnia dicto/
Consilio/ & nutu cedunt. licet omnia uertas
Omniaq; excindas: demum nil egeris unq̃/
Si super unus erit. fidens nam signifer astat
Hortatu populis: blandoq; affamine cunctos
Seducit: nec abest oranti uisq;/ fidesq;

261

Parce igitur populo indocili: procq; omnibus unam
Obiectes animam. licet hinc sperare triumphum/
Et summum sperare decus. fiducia gentis
Nazareę demum omnis in hoc se sustinet uno:
Quo cedente/ cadent omnes. Nec plura locutus
Callidus Orator Dadium inflammauit in unum
Tum demum Ioathan. lætos iubet ire Latrones
Adducicq; uirum placido sermone/ nec ullo
Armorum strepitu. Borion mandata facessit.
Quē Pius ad se Heros ꝓperantē ut uidit: amico
Sic prior affatur uultu. quem quęritis? acer
Composito uultu Borion/ te quęrimus/ inquit
Præstantem uirtute uirum: quem nosse Tribunus
Noster auet Dadius/ miroq; affectat amore:
Ad sese ut uenias orat. uenisse libenter
Non te pœniteat/ Regem & coluisse potentem.
Olli (sensit enim Lictor quid posceret) orsus
Sic Ioathas. noui cur ipsum me accersat/ & adsum
Sponte libenti animo: ueniam quocunq; Tyrannus
Iusserit: atq; Dei summum testabor amorem.
Vos comites: quos uera fides/ quos entheus ardor
Viuificat: firmate animos/ augete uigorem:
Suppliciterq; orate Deum. det libera fando
Ora/ det indomitum pectus/ det temnere ferrum/
Verberaq; & flammas/ & fata miserrima mortis
Humanę; longe melior quem uita sequatur.

IC fatus/ ultro foribus sese extulit altis:
Multa ꝓcul miserata cohors comitant̃ euntẽ
Aethera qui uotis onerãt: nec temperat ullus
A lacrymis. flendi par est concordia: passim
Hinc/ atq; hinc gemitu erumpunt suspiria largo.
Ventũ erat ad postes/ rabidiq; ante ora Tyrãni.
Hic Dadius/ postq̃ Herois uenientis honestam
Et faciem/ & latos humeros/ lumenq; decorum
Effigiemq; Deo similem perspexit/ ab alto
Sic fatur solio: nec uultum abscondit/ & iram.
Tune igitur? Tune ille: Deũ quẽ euertere cultũ
Et ueterum prohibere molas/ libaminaq; aris
Defertur? Christumq; sequi/ ac incognita uulgi
Somnia? mortalem q; hominem ĩmortalibus ipsis
Quiq; polum/ cœlumq; tenent preferre? uerenda
(Proh pudor) ausonii preter consulta Senatus:
Nescius hem q̃tum faceres scelus improbe: quod ni
Dudum ego cauissem prudens/ cedemq; uetassem:
Tu quoq; ceruicem mutilus/ uel raptus ab unco
Digna ꝑpendisses uiolati præmia cultus/
Sed mihi nota tui generis præstantia: qualem
Laudibus hic effert populus/ te scilicet unum
Dissuasere gregi miserorum adscribere: ut inde
Admonitus/ cæcum errorem/ culpamq; iuuentę
Deceptæ infamem nostra de lege piares.

262

Suscipit hic Heros / audenti & corde prosatur:
Ille ego sum: neq; me sancta de gente negabo:
Cui studium est pietas: qui uerum indicere cultum
Mendaces damnare Deos / & nobile cœli
Numen adorari admoneo: mortalibus idem
Marmoribusq; uirisq; / Deum qui præfero uiuum
Aeternumq;: triplex cui forma / sed una potestas:
Qui uoluenda poli fabrefecit sidera: & orbes
Constituit / legemq; dedit: qua inferna per æuum
Seruarent elementa uicem uariabilis anni:
Vt patrum monumenta docent: consulta piorum
Assensere: quibus tantum parere iubemur.
Tum Dadius tacito cruciatus corda furore /
Vix cohibet se se: uix ferro parcit acuto:
Inq; hominem demens / ac præceps irruat / ense
Districto; ni turba ægrum abblandita furorem
Leniret; fandoq; prius tentare moneret:
An queat ad priscos hominem compellere cultus.
Ergo ait hęc / presso potuit qua uoce furore.
Nō pudor ergo tui aut potius timor ullus & horror?
Qui tot supplicia & cedes / tot acerba tuorum
Funera perspexti? Exululant plangoribus urbes
Fœmineis: & summa petunt clamoribus astra:
Nec gemitus / tantusq; tuas it stridor ad aures:
Qui nil proficeres sed enim temerarius ipsis
Sontibus auctorem te nullo horrore dedisti.

Quę regio/ sedesue Deis non subdita nostris?
Cur igitur/ magnę cui nota potentia Romæ/
Et quibus auspiciis tenui de sede Quirinus
In solium rerum Dominus conscenderit altum/
Audeat horrendos uerbis incessere cultus?
Qui ni age/ posthabito iam Christi nomine/ magnis
Sacra deis: Cereri/ Martiq;/ Iouiq; litato.
Quæ si nostra uelis mandata capessere promptus
Magnus eris Romę: seu uitem ferre Tribuni
Siue Ebur/ & sellam/ seu dictatoris honorem:
Siue triumphales currus inscendere Consul
Malueris: stat certa fides. sic Cæsar/ & omnes
Arbitrio hæc nostro designauere Quirites.
Hæc te dona manent: tantum obliuiscere Christum.
Quod nisi te pietas/ & Regum iussa mouebunt/
Te cautum est grauiora pati. Nam errata potētum
Quo magis explorata/ magis sunt publica: ut obdāt
Horrorem populis: pœna maiore piantur.
Ah tibi non fuerit Iuuenis tam dira cupido:
Vt spreto diuum cultu/ spretisq; potentum
Imperiis Regum/ uideas populata tuorum
Tecta miser/ raptas & opes: incendiaq; ipsis
Aedibus illata. & cruciatus atrociter artus
Demum obeas mortē indecorem/ & sis fabula uulgi
Tuq;/ genusq; tuum lybicis data præda Leænis
Talibus at demum auditis iustissiums Heros

Sic Dadium increpitans / mansueta uoce locutus.
Ne uero/ ne me ad tales impellere cultus
Credideris : quod si credis / spem pascis inanem.
Mortaline manu facta immortale tenebunt
Ius simulacra ? Poli si sidera numina dicas /
Nomina ridemus : sed numen inesse fatemur
Sideribus / cœloq; omni : atq; errantia nullum
Astra malum nobis raptos diflare per orbes.
Nullum opus est cœleste malū. uos improba uulgi
Congeries ultro subuertitis omnia/ in ipsos
Cœlicolas culpam uicii depellitis omnem.
Ne tamen ignores: tantas quæ causa cateruas
Intulerit cœlo : & diuum sacrarit honore /
Expediam : tantum placidis hæc auribus hauri.
Qui uarios animantum ortus/ rerumq; nouatus
Inspexere : neq; uno produci omnia cœlo /
Tempore non uno simul omnia : plura putarunt
Numina : tumq; locis Genios posuere ministros/
Temporibusq; Deos certis statuere : quod uno
Omnia principio generari/ atq; omnia ab una
Enasci causa non cognouere : secutus
Hinc error / uaniq; rudis sententia uulgi.
Hinc Rhea telluris ficta est /Neptunus aquarum
Hinc dominus / liquidi Iuno aeris / ætheris alti
Iuppiter: hinc Mythram Persę coluere bicornem :
Hinc Martem/ Veneremq; polo cōmenta uetustas:

Atque alios alii numero adscripsere Deorum
Mortales homines / arte ingenioue potentes.
Ipse tamen deus unus erat. Deus unus habetur:
Vnus erit: cuius concedunt singula nutu:
Qui uariare uices / laxare inhibereq; habenas
Fatorum / cœliq; potest. miranda / nec ulli
Intellecta uiro / neq; .n. intellecta ministris
Interdum superis operatur: & ipsa tremiscit
Natura insolitis agitari legibus orbem
(Siquando placitum est) nec idonea noscere tanti
Arcanum domini: at norunt quos spiritus aflat
Almus: & ignaram mentem abstersere sub undis.
An seros referam occasus / solisq; regressum
A Tarthessiacis ad littora Gangis / & inde
Rursus in Oceanum sensim rediisse britanum?
Quærebant ueteres causam: cœlumq; figuris
Omnibus emensi / nullam inuenere periti.
Ezeciç hoc pia uota petunt: pia uota fauorem
Inuenere Dei: Assyrios quum sterneret armis
Aequaretq; Idωla solo / ludibria gentis.
Persarum hoc monumenta docent: si credere nobis
Difficile: affectusq; animo inueteratus inhæsit.
Defectum an potius memorē / indignumq; laborē:
Cynthia quum fratri opposita / & iam lumine plena
Visa repente suum solem prętexere / ab ortu
Incipiens / iterumq; retro reuoluta sub ortum:

Decedente die radiis affulsit Eois.
Quisquis erat rerum prudens / & callidus / orbem
Aut metuit solui / aut naturæ numen acerbi
Ferre aliquid. Mactatus erat tunc noster Iesus:
Auctoremq3 suum flebant supera ardua cœli.
Templa labant simulacra ruunt / tot signa sub oĩ
Apparent cœlo: pietas testatur: & omnis
Consona confirmat recte intellecta uetustas
Veram hanc esse Dei sobolem / corpusq3 subisse.
Venturum: suprema diem quum uoluerit ætas:
Nos iterum exuuiis sumptis / excire sepulcris:
Singula ut exploret: quæ dictaq3 factaq3 recte /
Aut minus in uita fuerint: his digna daturus
Præmia pro meritis / nulla inde ætate / neque æuo
Amittenda: noui hæc siquidem stat regula mundi.

.L. QVINTA.

t VM Dadius plura impatiẽs audir̃ / loquẽdi
Indicit finẽ. & cõtra hæc stolidissimus addit
Quid mihi de superis incognita somnia: cœlũ
Numina habẽt / habeãt. Quę sint ea numina porro
Quiue Dei: exquirant alii. dictata parentum
Pura sequi satis est / nec cœlum inscendere / terræ
Ignaros: captare polos / & sidera mente
Attonita / ignorare oculis obiecta sub ipsis.
Insanam reddit grauis hæc sapientia mentem.
Stulticia est nimium sapere. immortalia quenquam

Mortalem sperare ; altos fecere polos Dii :
Ipsi habeant : terras atq; inferiora elementa
Subiecere homini . fas hic sperare Tiaram
Atq; triumphales biiuges / ditesq; coronas :
Qui magis est locuples / maiori elatus honore/
Terrenus Deus est/ felici sorte beatus :
Qualis erat Cæsar/ qualisq; Augustus : & ipse
Herculeus qualis totum nunc territat orbem .
Nam quę relligio est / lætum fraudare futuræ
Post cineres uana genium formidine pœnę?
Morte obita qui sensus erit ? quę certa uoluptas?
Sensus inest uiuis: efuso sanguine in auras /
Nulla anima est/ nullusq; uigor / & nulla superstes
Vis humana : abolet putris cinis omnia/& aufert .
Vix duo sunt nostri memores . uix marmor in annũ
Prorogat insculptum nomen . qui gaudia prudens
Quiq; uoluptatem arripuit / bene deniq; uixit .
Sed quid ego hæc tãq̃ populis incognita nugor?
Hactenus occiderint fatui : dementia letum
Queis peperit / pernixq; animus deiecit in orcum .
Tu super esse uelis . ætas dignissima uita
Est tua: cur omnem patriam subuertere tecum
Ipmrobus affectes ? in te omnes ora reflectunt /
In te oculos : miserere horum / miserere cadentis/
Et desolatæ patriæ/ teq; eripe morti .
Sin hæres magis incepto / quid plura moramur?

Pauca loquar: quod tu minime fors rere futurum:
Ne tibi cum humano saxo rem pectore agendum
Esse putes: quod uoce domes: quod uimine lento
Quolibet impellas. Romana potentia uires
Quas habeat sæuo demum experiere flagello.
Hæc dixisse sat est. Tunc tunc audentior Heros
Firmat corda minis, longeq; animosior inquit.
Proh scelus, hem quę tāta Dadi te insania uersat:
Vt diuinum animal, diuinis dotibus auctum
Deteriore loco q̄ sint expertia mentis
Bruta miser statuas tot inania uerba professus.
Sed quid ego in steriles tam lætum semen arenas:
Quin agedum sæui: nil me tua dicta neq; arma
Feruida sæuaq; terruerint / iræue / minæue.
Est hic est animus uitæ contemptor inanis:
Quem melior dein uita sibi per funus adoptat.
Ipsi omnes quos tu crudeli cede cruentus
Insequeris / mactasq; tibi debere fatentur:
Nullum in morte malū: nullū hac in strage piorꝶ.
Nanq; bonum e prauo Deus elicit: omnia recte
Consulit: at qui causa mali est, prauiq; minister
Veh homini: meritas quum demum pēdere pœnas
Tempus erit. sic tu / sic dirus Cæsar / & omnes
Asseclæ tandem exitiis infanda uidebunt.
Sic Ioathas animi fidens, & numine plenus
Fatus erat, solio Dadius furibundus ab alto

Magna fremens clamat. dentes euellite saxis
Sacrilego / & linguam mentitam elidite : corpus
Cedite nudatum, sputo conspergite frontem
Audacem. Mora nulla feris : iam quattuor ore
Expulerant dentes / dicto ocyus : inde lupi ceu
Se prædę accingunt / preciosaq; uellera scindunt
Agressi, clamydem hic auro rapit intertextam :
Ille grauem gemmis Zonam : calcaria talis
Ille adimit : spoliatq; pedes gestamine equestri :
Hi sæuos soluunt fasces : uirgasq; trementes
Expediunt : ceduntq; uirum : fœdantq; decoram
Effigiem tabo fluitanti a pectore ab armis.

Ac ueluti annosam quum deprehendere iacentem
Agricolæ quercum : quam uenti insana procella
Strauerit : accurrunt omnes : lætiq; secures
Prosubigunt : frōdes / ramos / truncumq; recidunt
Lignandi studio. cœlum tonat ictibus omne.
Tale flagellandi studiumq; / furorq; / fragorq;.

Quos inter strepitus plagarum & cedis acerbę
Immoto Dadium spectabat lumine, ita illum
Comiter affatus Ioathas. O nescie rerum
Indomitos ecquid laceras tot cedibus artus?
Parce Dadi scelerate manus : ueniamq; profani
Erroris deposce pius, deposce precamur :
Et sanctis ablutus aquis absiste Tyrannos
Pro Diuis uenerari homines stygiamq; cateruam /

266

ALibus exarsit Dadii uiolentia dictis·
Ergo pauca refert. tibi quæ certissima sunto
Haud dubitāda ferā / prudēs tu dicta memēto
Vade age / & in tenebris / quid sit tibi luce sat endū
Videris: insanam hanc mentem expurgare iubemus·
Cras alio torquere modo: si obsistere pergas·
Nec tibi Nobilitas / nec opes / nec splendida factis
Vita / nec ipse decor formæ / aut facundia linguæ
Profuerint: Quin suffixo rapiaris ab unco:
Atq₃ aliis cesus uirgis / saxisq₃ petitus
A populo exhibeas spectacula fœda Cyrenis:
Infami & pereas obitu: & sine honore sepulcri
Discerptus iaciare lupis / uel piscibus esca·
Territus hic nullo Ioathas horrore minarum·
Quid mihi de tumulo iactas? si enormia nobis
Marmora Pyramidum statuas / auibusue ferisue
Proiicias / tantundem habeo· hæc iactura sepulcri
Nulla piis. Voluenda dies quum aduenerit orbi /
Membra rogis consumpta / ferarum & pisciū ab aluo
Excibit Deus ipse / Deus qui temperat orbem:
Qui semel hæc fecit: poteritq₃ uoletq₃ figura
Persimili instaurare hominem / & melioribus orsis·
Talia dicentem fessis a cede ministris
In loca ceca trahi mandat: firmisq₃ reuinctum
Compedibus / manicisq₃ dari custodibus atra:

Noctis / & abſqꝫ cibo / longa anxietate domari :
Dum genus exquirat pœnę : quod nulla priorum
Secula ſint commenta : licet miſerabile funus
Taurus Agrigenti fuerit : nex horrida quamuis
Culleus / aut candens ardenti exprompta camino
Lamina . num reptanda feris det uiſcera Tauris
Per nemora & cautes : magis an crudele Quaternis
Actutum differre hominem in diuerſa Quadrigis :
Diſſecet an lenta corpus cruciabile ſerra :
An geticum inuentum / præcordia uiua ſubacto
Robore tranſfigat : iungat num mortua uiuis
Corpora / componens os ori / ulniſqꝫ lacertos /
Pectora pectoribus : longa & tetrum inter odorem
Morte necet / miſero amplexu accubituqꝫ nefando .
Horum nulla placent duro : & grauiora requirit .
Dumqꝫ ita cum ſociis conſultat / & omnia penſat
Tormenta : & uaria eſt diuerſo in corde uolūtas .
Tum demum ſola hæc pleno ſententia ſedit
Alueolo . ſtruxiſſe rotam : Quę ſurgat in altum
Aethera & externet mentes ſæuiſſima uiſu :
Quum diſtricta ſecet crudeli membra rotatu .
Id genus exitii & duti monumenta doloris
Suggeſſit menti furiarum peſſima : in antro
Qualia Tartareo exerceri uiderat : actis
Dum radiis ſocię pendentem Ixiona torquent
Diſcerpuntqꝫ diu non defectura Tyranni .

Viſcera: ſuppliciū horrendū / & lacrymabile: in oris
Non prius inſpectum ſuperis. exempla ſecutus
Dira / rudimentumq; ferox Maxentius inde
Vſus: ut indomitos lacerarct uirginis artus
Niliacę: ſed quam non ſpe / non uincere donis /
Non fando (uſq; adeo ſapientia tuta piorum eſt)
Eualuit quiſq̄: unde hęc tormenta pararant.
Sed ceſſit res uerſa retro. pater ipſe / ſuorum
Amplius haud paſſus tormentis talibus ullum
Excindi / ſupera fulmen iaculatus ab arce
Diſcuſſit radios: cultros diſiecit: & ictu
Auctoreſq; mali ſcelerumq; aflixit: & igni
Turbinis / & ferro periere quaterna rotato
Millia: nec uana eſt memorandi gloria facti.
Ergo rotā immanē hanc / ſtudiis atq; arte Megeræ
Aedificant. operi accingunt / ſonat icta bipennis.
Mille manus ferrumq; & cedua robora tractant:
Palma cadit / cedruſq; / & acer: cadit alta cupreſſus:
Mollitur q; ſequax flammis / lentoq; uapore
Materies incurua trabes. Vtq; axis & omnis
Curuatura / iugum medium radiiq; peracti:
Vulnificis arcus ingentes deſuper aptant
Dentibus armatos / & acuta cuſpide ferri
Immotos firmoſq;: rotæ ut luctamen adeſſet:
Concita quæ ſimul aduerſum ut raperetur in orbē:
Altior in cœlum qua curuatura ſuperne

Erigitur / cultros deprehenderet incursantis:
Mobilis ut firmo christallo incursat olympus:
Atq ita subiectum innumero discerperet ense
Corpus: & abscisas partes dispergeret ictus.
Quę simul ut perfecta / poloq altissima uisu
Extulit horrificam speciem: reuoluta repente
Stridet: & impulsu late insonat aura fragoso.
Hinc / atq hinc pontes erecti / & pulpita surgunt:
Altior ut lictor centroq iugoq lacertos
Admoueat / uoluatq ferum spectabilis orbem.
Quę faber assidua properat dum plurimus arte:
Nox erat: & somno uiuentia cuncta iacebant /
Alituum genus & pecudum / & Neptunia cetę /
Mortalesq homines. at non sopor ullus habebat
Tum Ioathan. noctem insomnem / q̄ longa peregit /
Auxilium / uiresq petens: ut pectore firmo
Arma / necem temnat / tormenta / irasq minasq
Victor: & ætheriam constanti funere palmam
Attingat: firmetq alios: ne dira pauescant
Supplicia exemplo. precibus quum motus IEsus
Feruentis / stabilisq animi / de sidere Tauri:
Cornua qui iam iam terræ ostentabat / & armos
Labitur ante diem / claraq in luce tenebras
Carceris excussit: nulli manifestior unq̄.
Redditus. adsistit stellato lucida peplo
Virgo / Dei mater natum comitata: sequuntur

Spirituum / diuumq; chorus: cui proximus ardet/
Igneus aspectu Saraphin: qui illuminat orbem:
Queq; sitæ in medio uirtutes omnia purgant:
Perfectiq; bono: pulchroq; / & luce Camilli.
Ante omnes Christi effertur ueneranda supellex:
Qualem habuit rerum speciem quũ tristis in horto
Venturam inspexit pœnam / instantemq; dolorem:
Sanguineusq; ægro defluxit corpore sudor.
Vincula / subuersamq; crucem fert Petrus / eandem
Frater habet. Stephanus radiantem in fronte coronã
Chrysolitho insignem: & cœlum spectabat apertũ.
Aemulus huic Paulus stringebat feruidus ensem:
Inde alii: quos uerus amor / quos inclyta uirtus
Effecitq; Deo similes: atq; intulit astris.

.L. SEPTIMA.

Ali igitur procerũ christus cõitante Senatu
Spectandũ exhibuit sese alma & luce refulsit.
Sede sedẽs / rutilans fuluę istar iaspidos ignẽ
Ore nouum diflans. & odori nectaris auram.
Obstipuit tanto Ioathas fulgore / tremensq;
Horruit. omnipotens dulci sic uoce profari
Visus / & horrorem placido hoc sermone leuare.
En ego / ne timeas / amor & tua sola uoluptas
Christus adoratus uenio: & tibi sedulus adsum:
Vtq; animum firmem promptum / mortisq; timorẽ
Excutiam: mihi notus Amor / tua nota uoluntas.

Tolle oculos: circum quę calligabat / abiuit
Iam iam erepta tibi nubes: hęc uulnera cerne /
Cerne manusq; pedesq; meos / & pectus apertum
Et sentes cerebro infixos / & cætera nostræ
Instrumenta necis. sociorum uulnera cerne:
Quę tibi cunq; ferunt manibus. sic itur in Astra:
Sic ego pro uobis: pro me sic Petrus / & omnis
Electorum ordo: sic tu quoq; lætus adesto.
Non te ullæ mortis facies / non te Ira Tyranni
Terreat: utq; magis furibundus sæuiet: hic tu
Promptior in pugnam contra / atq; audentior ito.
Testibus his opus est: quo nostri cognita partus:
Quem natura negat / quē mens mortalis abhorret:
Quem capit humani uix coniectura uigoris:
Testibus his inquam mysteria nota per orbem
Mansura / stabiliq; fide iam æterna perennent.
Ergo tuam ut sortem inspicias / Arcana fatebor
Quædam / uenturoq; olim solabor honore.
Adueniet tibi læta dies: quum littore ab isto
Successu Venetas meliore ueheris ad oras:
Atque ubi fluctisonis antiquam lancinat undis
Bellunum uellox / & præcipitatus Anaxus.
(Sic memorans urbem & uallē ostentabat Amœnā
Subiiciens oculis montes / glebamq; feracem)
Hæ proprię tibi erunt sedes. hæc mœnia uotis
Damnabis: semperq; tuis uenerabere: felix /

Assertorq; pio populo : qui plurima ad ætas
Thura/ precesq; ferent : & adorea liba sacrabunt :
In quę abeam/ pastusq; sacro sim uictima cœtu.
Grande tibi hic statuent uario de marmore templũ
Indicentq; diem : placidaq; in pace quietem
Perpetuam peragent : belliq; famisq; malignæ
Expertes/ tutiq; tuo sub numine uiuent.
Accedent comites : qui tecum iura ministrent :
Inde eques: hinc pręsul sanctissima pectora uterq;:
Quas animas alta concepi mente : remittam
Tunc : quũ tempus erit/ præuisaq; uenerit ætas.
Quin etiam mihi amate: magis quo singula tãti
Præmia tormenti agnoscas : en debita terris
Dona tuis (spinam hæc dicens auulsit achanti :
Altius in frontem mediam quę insedit : & almo
Sanguine perfusa est) populis hęc signa subinde
Pręstabit manifesta: fidem hæc tutabitur omnem:
Quum manibus spectanda sacris tota urbe feretur
De summo hæc lacrymas emittet uertice obortas.
Mille oculi has cernẽt paulatim increscere/ sensim
Defluere ad medium/ & trunco euanescere in imo.
Tuq; adeo dilecte animum/ roburq; resume :
Neu Dadii terrere minis : casusq; per omnes
Fortior euades. superatis deniq; fatis/
Lacte/ mero exundans tibi mellea mensa paratur/
Discubitu superum admisso. Te te ipse lauabo/

Ipse propinabo. locuples opulentia rerum
His manibus deprompta/ sacra statuetur in ara.
Victor ibi uitæ Loto uesceris/ odoro
Flore coronatus: uiuo pro fonte/ sub alta
Arbore discumbes: quam mollis uitis adumbrat/
Palmitibusq; ferax lætaq; propagine uiuax.
Hic satur ambrosia/ madidusq; hic nectare somnum
Et requiem uigil excipies: qua dulcior/ atq;
Blandior in terris nulla est/ nec amœnior ulla.
Iamq; uale. hæc dicens mentem inspirauit. & inde
Fragranti spargens lutulentum carcerem odore
In cœlum sublimis abit. comitantur euntem
Igneus ordo/ animi felices/ uera uoluptas
Verus amor/ pacata quies/ mercesq; laborum.
Ast Heros magno Christi inflammatus amore
Gestit: auetq; diem ponto properare morantem:
Corporis ut soluat uinclum: nubesq; fatiscat:
Qua rudis obduxit mortalem sarcina molem:
Vt possit Christoq; frui/ Christoq; potiri.
Vsq; adeo Diuinus amor/ pulcherrimus/ ingens
Lucidus/ affectis animis illabitur: inde
Quos magis allapsu succendit/ ualdius instat
Vt perament. Ioathæ pertentat pectora languor
Sed languor qui febre caret: qui corpora firmat
Qui ualidas affert uires/ roburq; ministrat.
Cur tantum Oceano cessent prodire Lacones

270

Incusat / rimasq3 omnes uestigat apertas.
Iamq3 uenenabat senior sua tela sub unda
Hesperia Chyron / breuibus comes additus umbris:
Et pullis inuecta rotis patefecerat ortum /
Non iam aurora nitens / non ut mos Aurea pallam /
Sed nimbum succincta: putes sentire tremendi
Euentum sceleris / diro & pallescere casu.
Mos erat antiqua in Lybia. pulcherrima rerum
Nunc Europa colit. quoties de funere sontis
Ipse magistratus / radioq3 & sede superbus
Supplicii genera edicit / peragendaq3 mandat:
Seu quęcunq3 agitat magni consulta Senatus
Ponderis / & dubiis petitur sententia rebus:
Tum celsa in turri / aut uicini in culmine montis
Cimbala sub lucem pulsantur ahenea / magno
Cum strepitu: q̃tum dant sæua tonitrua murmur.
Hoc igitur de more cauum iam claua metallum
Ferrea utrinq3 quatit / contorto impulsa rudente:
Quę simul horrendũ ut tonuit: Catabathmos / & oĩs
Silua procul / montesq3 caui / uallesq3 reductæ
Assonuere / sinus syrtes / littusq3 resultant.
·L· OCTAVA.
ENsit ut hoc Heros artus exhorruit omnes
Principio: tremuitq3 caro sibi conscia tanti
Supplicii. ast animi cõstãs dũ plurima uersat
Demum ait: agnosco oblati iam signa Triumphi /

Hæc tuba / & hi litui / hæc suauissima cornua sunto
Soluar: uti cupio. da cœli æterna potestas:
Quem penes arbitriũ est rerum. da uincere pœnas:
Da stabilem tormenta pati / & quencunq; laborem
Vt Stephano / Petroq; tuo / Pauloq; fuisti
Assidue felix / mihi sic assertor adesto.
Da reliquos mea signa sequi / durareq; in omni
Exitio. utq; fremit / teq; insectatur / & urget /
Limitibusq; suis pellit / si pellere possit /
In meliora dein conuersum fata / libenter
Romanum demum imperium tua numina noscat.
Nec sit in orbe locus / qui se mox iactet honorem
Et cultum tibi maiores offerre: proinde
Quem populũ mihi cõmendas / propriumq; dicasti:
Qui sit cunq;: tui a supera iam sede fauoris
Sentiat afflatum / tranquilla & pace fruatur.
Sic Ioathas. magnum interea per strata uiarum
Cogitur ante forum uulgus: quos rumor ab orbe
Finitimo excierat / seu priua negocia / in urbem
Littoream: quæ exposita mari / uada turbida syrtis /
Et breuia hinc prospectat / inaccessosq; refluxus.
Trinacriam ante oculos uidet / Italięq; recurua
Cornua. & Ambracię sinuosæ culmina. & altum
Ionium / Pelopisq; domos / Cretamq; beatam:
Inde latus longo distendit tramite i ortum
Aestiuas ad aquas / & fœcundi ostia Nili.

271

Conuenere igitur diuersa coetus ab ora.
Non maris/ & uastæ non defuit incola arenæ:
Non garamas/ & phœbei non accola fontis:
Atq; alii: qui sola tenent deserta ferarum:
Quos uenatus alit: quos asper uictus: & uno
Sedant lacte sitim/ baccæue humore uirentis.
Qui Tritona bibunt/ Pallantiadenq; paludem:
Quiq; æam/ quæq; arua Cynips fœcũda pererrat/
Vomere arant: lætisq; Palem uenerantur in herbis.
Sed neq; qui Leptin habitant/ littusq; recuruum
Atq; iterum uada turbida inaccessosq; refluxus
Atq; exporrectum pelago Boriona uadoso/
Non Venere. simul properant quiq; obuia Syrti
Cornua/ leteas & aquas/ Berenicia regna.
Hesperidumq; colunt hortos/ loca sacra uetustis:
Nec quos Lωtus alit/ damnatum littus Vlyssi/
Cessauere. colunt positas qui audacibus aras
Fratribus/ atq; alias hircinis cornibus aras.
Famaq; ab Arsinoe populum ciet. & ciet illos
Qui Phycunta tenent/ aduersaq; littora Cretæ
Tenariisq; iugis: qui pascua summa Cyrenas
Battiadas/ lasserq; legunt/ & apollinis arcem
Altã habitãt: Barcẽ adueniũt/ properãtq; frequẽtes
Vndiq; collecti magno per rostra tumultu.
Perq; uias (neq; .n. Ioathę leue nomen in omni
Pentapoli/ Lybiaq;) ruunt/ atq; undiq; currunt

Visendi studio. a turri iamq; æra tremendum
Ter dederant signum : ter facti conscia corda
Terruerant : horam & tangebat linea quintam.
Proq; foro egestum trabibus posuere Tribunal:
Atq; aras statuere / Iouisq; enormia signa.
Componit sella Dadius se. Lictor / & omnes
Carnifices astant. Demum sanctissimus Heros
Ducitur e tenebris. annexo brachia ferro
Strident / ære pedes resonant. utrinq; phalanges
Districto horrentes ferro / atq; altilibus altis.
Ille ubi primum oculis arma horrida circũspexit
Suspiciens coelum: felicibus annue ceptis
Christe potens (inquit) nunq̃ frustrate uocantes/
Sic memorans / pugnis / longisq; impellitur astis:
Subuehiturq; humeris : Dadiiq; ante ora superbi
Sistitur. ille ferox elato pectore / uorsis
Torua tuens oculis / rabidæ canis instar / & ita
Feruidus : ecce rotas / inquit / fixasq; bipennes/
Supplicii genus ignotum / pœnamq; tremendam.
Tuq; adeo / nec multa loquar / fandoue morabor
Aut nostris da thura deis : aut protinus illas
Scande / manusq; pedesq; immani affixus in arcu:
Vnde statim rapida uertigine sectus / atrocem
Mortem obeas : demensq; tuo sis uictima Christo.
Suscipit hic Ioathas. en immanissime Sylla
Vt libet / hos artus lacera / suspende / trucida /

272

Et meus est hæc passus amor. stat deniq; Christum
Velle sequi. Christus mihi numen/ uita/ salusq; est.
His Dadius magis in rabidam percanduit iram
Lumina nam ignescunt: totoq; ex eminet ore
Sæuicia inclemensq; animus: nec plura moratus
Imperat auferri ex oculis / cesumq; flagellis
Apsidibus figi: decreta & lege rotari.
Mēbra legi deinceps / clamq; aut garamātide silua
Aut Troglodytarum in specubus / deserta per arua
Dispergi: quo exposta feris depastaq; nunq̄
Cognita christicolis tumulo condenda ferantur.
Lictores igitur Borion sex deligit armis
Præualidis: hirsuta quibus cutis, horrida neruis
Membra rigent: armatq; manus astilibus: illi
Se lateri addensant/ preciosaq; pectora nudant:
Et pallio adnectunt / neruosaq; Brachia tollunt
Cedentes: lacerant tenera intestina: retusæ
Dant crepitum costę: faciesq; oculiq; / genæq;
Fœdant irq; tumentq;: & totum sanguine corpus
Liuescit. clamor nullus / uox nulla dolentis.
Tum Borion/ ueritus placidā ne uerbera mortē
Indefessa ferant: qui iam peiora pararit:
Deuictas post terga manus dissoluere mandat.
Hic Ioathas tenui sic murmure fatur/ & inquit
Qualiter ad fontem cupidus fit ceruus aquarum
Te mea mens fortem & uiuū Deus appetit: & iam

Corporis exuuias affectat ponere: dixit/
Aflictusq; opera inter talia concidit: ut qui
Collisis ægre neruis consisteret: illi
Collapsum nihilominus acri obtundere perstan
Verbere: ab insano nec corda furore residunt
Nec minus effreni uastis clamoribus instant
Nasamones: quibus hoc studiũ prehẽsumq; capillis
Erexere: iubet Borion properare trahaces
Lictores/ ubi sæua rotę stat machina celsæ.
Accelerant multoq; uirum custode coronant:
Atq; ubi tam immanem Ioathas ante ora parari
Aduertit speciem pœnę/ imperterritus inquit.
Ne me efusę cruor/ neu me terrete minaces
Mucrones/ radiiq; meos pater ipse uocatus
Audiit & lætum iubet hos inscendere currus:
Vnde triumphali euehimur sub sidera pompa.
Arreptum interea Ioathan super apsida trudunt:
Affiguntq; manus clauis (miserabile uisu.)
Inde pedes/ & utrunq; latus: ne scilicet ingens
Pondus in aduersum rueret/ dum uertitur axis

.L. NONA.

.RGO/ ubi cõfixũ curuamine corpus inhæsit
Quattuor hinc uoluũt annixi/ & q̃tuor inde:
Quos Borion urget frendens/ uirgisq; lacessit
Vertitur in girum lethalis machina: clamor
It cœlo/ fremitusq; uirum/ clangorq; tubarum.

273

Tollitur ecce sacrum posito uelamine corpus:
Qualis ab Eoo quum surgit Lucifer ortu/
Luce serenifica fulgens: in se omnium amorem/
Ora/ oculosq; trahit: mediiq; ut uerticis enses
Impulsu occursauit/ agens in uiscera ferrum
Mille locis tepidum: discussus in æthera sanguis
Prosiliit: tum frusta uagas disiecta per auras
Spectaclum horrendū dictu/ & lacrymabile uisu
Exhibuere. rigor gelidus per membra cucurrit.
Auertere oculos omnes: spectareq; tantum
Nullæ acies potuere nefas. non sustinet hostis:
Qui modo crudele optabat distringere ferrum:
Quiq; feras saciare manus in sanguine/ iam iam
Supplicii moti forma/ & feritate tremendi:
Dum carnis grando/ dum sanguinis imber inundat:
Dant gemitum mœsti & stupidi: pallentiaq; ingēs
Occupat ora rigor. nil consternatus in acri
Tormento Ioathas/ confidentissimus altum
His cœlum alloquitur uerbis. Cape prima cruoris
Libamenta pater. uiuo hoc me flumine ab omni
Labe/ & ab incestu mortali perlue: ut inde
Hostia pura tuas feriar mactandus ad aras.
Interea rapido molimine uertitur ingens
Curuatura/ ad humum deuexo uertice: & Heros
Prona fronte pedes tollit: quasi nocte sub ima
Conditus/ occasum parili discrimine/ & ortum

Spectet · at immanis Borion sale uulnera/ & artus
Viscera quo magis/ atqꝫ magis truculentus adurat
Perfricat : atqꝫ alios ulnis succedere cogit :
Conuoluiqꝫ iterum radios / corpusqꝫ rotari ·
Iussa getæ peragunt : humeris/ dorsoqꝫ subactis
Exorientem iterum Ioatham ostendere/ cruentis
Conspersum maculis/ niuea cute / cætera pulchrū ·
Qualis sidonio est elephantus murice tinctus :
Quē parthi affigunt/ decus haud ignobile baltheis:
Frena uel exornāt uolucrum regalia equorum :
Quæ thalamo suspensa ducum ornamenta perennēt ·
Ecce iterum demissa loco subit arma cruentus
Bellator fidei/ atqꝫ aliis proscinditur artus
Vulneribus / cultris magis ima petentibus · ossa
Iamqꝫ crepant confracta : cruor iam largius omni
Parte fluit: strident axes: cursum arma morantur
Desuper affixa/ & firmis hærentia clauis ·
Viscera sic sensim abscindunt: pœnasqꝫ morando
Exaugent. tanto Ioathas tum membra dolore
Discerpi : & cedi patiens mansuetior agno :
Quem pastor ferro attondet : uel mactat aruspex
Suspiciens cœlum/ ut potuit/ sic fatur / & orat ·
Parce pater Dadio : parce & tortoribus : ut sunt
Ignari quid agant miseri : nostrumque cruorem
Pende libens olim pro cæco errore tuorum :
Quos malefirma fides ulla unq̄ in crimina trudet ·

Mecq̃ simul fortiq̃ animo / certoq̃ fauore
Iam iam confectum obfirma. tormenta / rotatus/
Et dolor ipse iuuant. supplex dum talia fatur
Corruit / & præceps terræ raptatus adhæsit.
Tertia iamq̃ parant iterare uolumina/ summis
Viribus adnixi: cultrosq̃ / & tela retractant:
Altius ut dorso insideant / grauiusq̃ recidant.
Nulla mora in Borione: quater perfringere uitem
Nodosam sensere humeri / seruilia dorsa.
Ergo ministerio iubet accelerare recentes
Marmaridum de gente alios: qui protinus axem
Vt tetigere cita uertigine corpus ab imo
Subrexere. oriens Ioathas / iam sanguinis expers
Deficientem animam resolutaq̃ uincula neruorum
Et gelido sensit corde expirare uigorem.
Ergo ita iam exili proclamat uoce peractum est /
Iamq̃ ades alme pater: tibi qui se dedicat uni /
Hunc animum excipias. uix hæc absoluerat: atq̃
Auditus cœlo tonitrus: fulgorq̃ per auras
Lucidus / & candens manifesta luce cucurrit:
Et Ioathæ supra caput astitit: edita olympo
Vox / audita piis / non intellecta profanis.
En uenias dilecte meus / decus addite cœlo.
Dūq̃ ea dicta/ simul Ioathā citus orbis in hamos
Egerat obstantis / moribundaq̃ membra secabat.
Spiritus ætherias felix uolitabat ad arces.


Agmine stipatus superum Pœana canentum.
Sed corpus sine corpore erat. nõ brachia trunco/
Non femora/ aut suræ / non dorsi spina cohærent:
Omnia dispartita locis. hic nequid inausum
Sæuiciȩ (uelut acer erat) sceleris q; relinquat
Intactum Borion/ suggestu clamat ab alto.
Christicolæ hac aïos/ oculos q; intendite: uestrũ
Ductorem spectate / grauis de crimine pœnas
Persoluisse. manus has / atq; has illius ulnas
Accipite hos q; pedes. giro simul omnia raptans
Spargit in astantum facies: atq; ora cruore
Tinguit adorando. ceruicem feruidus inde
Præfigit conto / & super hæc sæuissimus addit.
Abscisum hoc humeris caput hoc sine uiscere corpus/
Ite agite affixum truncis / insigne tropheum
Erigite: hanc memorem natis ostendite palmam.
Nos hæc/ atq; alia in reliquos exempla rebelles
Edemus: quos non Romana potentia terret.

Impressum Ro. Per Stephanum & Herculem
Socios.
III. CAL. IVNIAS.
M. D. XII.

LAVS DEO

275

I P



III

IV

cognoscere lector
feras que [illegible] ... ssima vite
animam ne diuidere [illegible]
uita est quasi mortis [illegible] imago
... autem spreueris illud
... neglexeris ipse
... uerba malorum
... quisque loquatur
... tamen ante pudorem
... tamen amici
[illegible] oleiosque uitare memento
[illegible] ... tama e[st] fraus ficta loquendi
[illegible] que uite est ignauia fertur
[illegible] languet consumit inertia corpus
... gaudia curis
... quanto sufferre laborem
... ne carpseris umquam
... ne [illegible] aliqui
... tabulis suprema notato
... sis quem fama loquatur
... supersunt in fine senecte
... non parcus amicos
... dominus ne despice seruum
... sensum contemplo numquam
... si non est quod fuit ante
... eo quod tempora prebent
... sub nomine ...
... si cepit esse molesta
... exemplo que facta sequaris
... nobis est aliena magistra
... ne pondere pressus
... tempestata relinquas
... non recte noli ...
... imitari uelle ...
... sub iniquo teste rogato
... ut iure rogaris
... paciens ... memento
... ipsum te iudice damna

Paolo Ferraris

NOVEMBRE 1987



